

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1568

**Autre(s) référence(s) :** Fauroux 124 / ARTEM 2700

**Auteur(s) :** Baudouin dit Filleul [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** faux

**Datation :** 1051

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume le Bâtard souscrit la charte par laquelle Baudouin surnommé Filleul, confirme à Saint-Wandrille la donation de son alleu de Glicourt, faite jadis en présence de feu l'abbé « Gradulphus » par l'entremise du duc Guillaume et de Guillaume, alors comte d'Arques.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 16 H 27 (5).

### Éditions principales

- a. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 30, p. 74.
- b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 124, p. 293-295.

Texte établi d'après b

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI. Cum constet omnipotentem Deum hominem ad imaginem suam mirabiliter condidisse et lapsum Unici sui precioso sanguine redemisse, cujus dignitatis sit humana natura liquet aperte, cui ad gratiam promovendæ privilegium suæ similitudinis dignanter indulgit et reparandæ ad veniam singulare passionis suæ remedium procuravit, quamque super omnem creaturam mundi dignitate conditionis propter semetipsum potenter extulit et super omnem cælestium virtutum gloriam per se ipsum colloquendo singulariter mirificavit ac per nostræ carnis participium ad suæ divinitatis provexit nos consortium, eo igitur erigenda mentis intentio, eo tota cordis transferenda est meditatio, despicienda sunt queque transitoria et caduca, abicienda terrena et vilia. Quicquid vero est nostri juris Deo devote dicandum, quicquid precii et honoris libenter est offerendum, ut eo perveniatur quo precessit Christus caput nostrum. Quod ego Balduinus cognomento Filiolus, diligenter perpendens, gratia divina præventus, cum omni re quam in hac Northmannorum terra possideo, alodum Gliscortis dictum, quod a patribus et proavis solidum et quietum hactenus possedissem videor, Deo omnipotenti, a quo meliora spero, ac sanctis ejus qui in Fontinellæ patrocinantur cænobio, quorum meritis juvari me fideliter credo, jamdudum in presentia dulcis memoriæ Gradulfi abbatis, per manus Vuillelmi, Northmannorum marchionis, et Vuillelmi patrum ejus, videlicet Archis tunc temporis comitis, cujus in territorio et comitatu idem alodum habetur, a me devotissime traditum, per hanc charte hujus conscriptionem confirmo, et auctoritate supra dictorum principum et multorum testimonio nobilium qui subscribentur eandem donationem corroboro, ut perpetualiter in fratrum usibus ejusdem sancti loci permaneat et proficiat, et, sub interminatione

divini iudicii atque imprecatione dampnationis æternæ, prohibeo ut nulli mortalium per succedentia tempora neque in beneficio neque pro pretio tribuatur omnino. Facta est autem hæc astipulatio, dominicæ Incarnationis millesimo .L.I. anno, gubernante predictum locum domno abbate Rotberto, quarto videlicet sui honoris anno. Signum + Balduini Signum Vuillelmi +, principis. S. item Vuillelmi + comitis. S. Malgerii +, archipresulis. Signum Matil + lis, comitissæ. Signum Wil + lleelmi, episcopi. + Signum Roberti juvenis comitis. + Otonis, Baiocasensis episcopi. + Roberti comitis [de Mon]tini. + Rogerii de Mungena. + Villeelmi, filii Osberni. + Hugonis, Luxoviensis episcopi. Signum Barnard + de Hamellis.